

lap
 Vratislavienses abdicant se Emporio, quod ex concessione Vladislai
 Hungariae et Bohemiae Regis habebant, cautione interposita, qd
 eo deinceps nunquam utantur. Actum et Datum Sabbato au-
 te Dominicam Jubilate.

67
 Nos Proconsul, et Consules, totaq; Communitas Civium et incolar Civita-
 tis Vratislaviensis recognoscimus Praesentibus: Quod licet superiori tem-
 pore certis respectibus permoti Literas, et concessiones Emporii nostri
 Vratislaviensis constitutionem et Ordinationem in se continentes, apud
 Serenissimum Principem et Dominum Dominum Vladislavum DEI Gratia
 Hungariae, Bohemiae Regem Dominum nostrum clementissimum feliciter
 modernum impetrassemus, vigore quar quidem Literar nullos exten-
 negotiatores cum mercibus, et sine his undequaq; ad se venientes nego-
 tiandi gratia, ad alias quascunq; urbes ire, redireq; permittere debeamus,
 prout nec permittebamus in effectum, propter quod Serenissimus, et pr-
 viciissimus Princeps, et Dominus Sigismundus Poloniae Rex,
 et magnus Dux Lithuaniae, Rusiae, Crupiaeq; Dominus et Haeres,
 ratus Emporium nostrum hujusmodi quidpiam inconmodi et damni subdi-
 tis, et incolis Legum, aliorumq; Dominiorum suor illatarum, Nobis, ac uni-
 versis incolis et negotiatoribus nostris in Legum suum, aliq; Domi-
 nia, Subditis quoq; suis quibuscunq; Vratislaviam ad Nos ingressum,
 et mutua hujusmodi commercia sub penis arresti et confiscationis Bo-
 norum penitus prohibere, interdicensq; dignatus erat. Quam quidem pro-
 hibitionem suam, et in Nos, et in singulos nostrum, uti praefertur, de-
 cretam et extensam, quia in praesentiar idem Serenissimus Princeps et Domi-
 nus Dominus Sigismundus DEI gratia Rex Poloniae ad intercessionem
 praefati Domini nostri Haereditarii Hungariae et Bohemiae & Regis Per-
 manui sui charissimi, et instantes preces nostras, utpote omnium et singulor
 incolar Civitatis Vratislaviensis, relaxare dignatus est, Nobis liberum
 in Legum suum et Subditis suis Vratislaviam ad Nos ingressum, mu-
 tuq; hinc inde commercia admittendo et concedendo, juxta veterem con-
 suetudinem diutius observatam, et prout tempore felicis regiminis Se-
 renissimor olim Principum Dominor, Joannis Alberti, et successore Ale-
 xandri, Sacrae hujus Majestatis Regis Poloniae, feliciter modernae
 superius expressae, usq; ad hanc prohibitionis praedictae publicationem,
 Nobis una, et incolis Poloniae Legum liberum id semper fuerat, et
 consuetum, Nos quoq; providentes, ne de caetero Sacrae suae Maje-
 stati et Legum ejus Poloniae displicere proinde videamur, hoc idem
 Emporium nostrum de certa scientia, pariter et apensu praefati Serenissimi
 Principis et Domini Domini Vladislai DEI gratia Hungariae et Bohemiae &

Legis, Domini nostri hereditarii, in toto rejecimus et illi renuntiavimus, ac
renuntiamus temporibus æternis et pollicemur, seq. et Successores nostros
unanimitè inscribimus presentibus, et obligamus, quod ipso Emporio no-
stro uti p. sui nunquam deinceps debebimus, neq. Successores nostri debebunt
perpetuo et in ævum, quin potius omnes, et singulos negotiatores cum ueni-
bus, et sine his de Regno Polonia, et alias undequaq. ad Nos venientes, ultra
Civitatem Vratislaviensem, et per eam ad alia mercatura loca, vicinasq.
quascunq. urbes negotiandi gratia, libere et sine quovis impedimento et gra-
vamine toties, quoties opus fuerit, ire, redireq. permittimus, Successoresq. no-
stri permittere debebunt perpetuo, ac in ævum tenore presentium mediante,
prout et Sacra Majestas Serenissimi Principis Domini Vladislai Rex
gratia Hungaria et Bohemia &c. Legis Domini nostri gratiosissimi
Litteris suis specialibus id ipsum de Nobis fraternæ sue Majestati Re-
giae Poloniae polliceri, assecurareq. dignata est. Et nihilominus Sere-
nissimus prefatus Rex Polonia, et sue Majestatis Successores in fu-
turum, contra prædictam prohibitionem non faciet, neq. facient, si et in
quantum Nos, et Successores Nostri, in, et contra suam Majestatem, et ipsi-
us Dominiæ, et sue Majestatis Successores, et ipsos similiter Dominiæ
taliter se conservaverimus et gesserimus, ac conservaverint et gesserint,
prout se gesserunt, et conservaverunt, et nostri Predecessores se gesserunt et
conservaverunt per omnia tempora, usq. ad prædictam prohibitionem per
ipsum Serenissimum Regem Polonia contra Nos factam et promulgatam.
In cujus rei testimonium, et evidentiam presentes scribi, sigillisq. nostri Cri-
lis Vratislaviensis appensione volumus communi. Actum et Datum Sabba-
tho ante Dominicam Jubilate Anno Domini Millesimo quingentesimo quinto-
decimo.